

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Timor m  
cum uariis

Noueris te ut Deum timeas; noueris ipsum ut et ipsum diligas. In uno iniciaris ad sapienciam, in altero consummaris quia initium salutis timor Domini et plenitudo legis est caritas. Quemadmodum ex noticia tui uenit in te timor Dei atque ex Dei noticia Dei itidem amor, sic econtrario de ignorancia tui superbia ac de Dei ignorancia uenit desperacio.

Bernardus super Cantica sermone XXXVII.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

et] aeque V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>, *om.* B C P V<sup>1</sup>; uno] altero V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; iniciaris] initiare P V<sup>1</sup>; caritas] et plenitudo leg *add.* B (*del. infra*); Dei itidem] uenit in te Dei M; ac de] et V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; de Dei] de idei (*cor. sub lin.*) C; tui superbia ac de Dei ignorancia *om.* B; XXXVII.] XXXVIII. (*cor. sub lin.*) B